



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Martini Lvtheri Piae Ac Doctae Operationes In Dvas Psalmorvm Decades

Luther, Martin

Basileae

VD16 L 5540

Ab inimicis manus tuæ d[omi]ne, a paucis de terra diuide eos in uita
eoru[m], de absco[n]ditis tuis adimpletus est uenter eoru[m], saturati sunt
filijs, Dimiserunt reliquias suas paruulis suis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37005

quæritia est in oculis carnis longe mitior, uerum erat longe cruentior & nocē
 tior q̄ multo plures perdebat. Erat tamen adhuc aliquid misericordiæ dei reli
 quam q̄ pugnantibus per scripturam patribus ueritas prodebat & uerbum
 dei regnabat in multis. Nouissimis istis diebus pessimis, sub imperio Ecclesiæ *Hodie sensisti*
 alicui, gladius ille impiorum, solus, sine repugnantibus grassatur horrenda ty *ma omnium*
 rannide. Hic apparent omnia esse pacatissima & mitissima, ubi tyranni nō per *persecutio.*
 sequuntur, cum hæreticis non pugnatur. Sic utraq; persecutione liberi, gladio
 impiorum pene omnes perimus, non uidentes, sub hac pace regnare persecu
 tionem omnium atrocissimam, ubi uerbo dei extincto uerbis hominum tra
 hantur ad infernum toto cumulo.

Intèr omnes autem gladios impiorum, maximum & nocentissimum, meo
 iudicio, merito pelagianam impieratem censebimus, nam in hęc, ut uidemus,
 potissimū x̄stuat hic psal, immo tota scriptura. Quid em̄ propheta: quid Apo
 stoli potius agunt, q̄ q̄ pro iustitia fidei, contra iustitiam hominum pugnant: *Pelagiani se a*
 Vnde pelagianus error uere omnium seculorū error est, sapius oppressus qui, *pe oppressi*
 dem, sed nunq̄ extinctus, ceteri omnes temporum spacio extincti sunt, hunc *nunq̄ extin-*
 uero propheta percussit, percussit eum Christus & Paulus, nihilominus *cti.*
 semper iuxta scripsit, donec pelagius natus caput eius erexit, & libere eum tue
 ri cepit, ubi natus de nōstri miseris, Augustinum suscitauit, qui eum ad tē
 pus periret, sed post Augustinum resurgens tandem præualuit, nō modo
 nomine contra stante, sed etiam Romana Ecclesia imperante & cogente, uni
 uersitatibus palam docentibus, Episcopis, principibus & toto orbe imitanti
 bus tanq̄ rem optimam & christianissimam, Nā q̄ aliqui aduersus eū mutire
 ceperunt Parrisij & alibi, nihil promotum uidemus. Deniq; hic error, fons
 est ueritatis idolatriæ, qui non arbitrentur, suis se studijs & uiribus *Suis studijs*
 Qui enim fuerunt idolatriæ, qui non arbitrentur, suis se studijs & uiribus *et uiribus*
 deo placere: Et quid aliud agit pelagianus error? Recte ergo a pelago Pela *placere deo.*
 gius dicitur, q̄ hic error, sit mare quoddam erroris inundans in omnem terra
 rum orbem. Ipse enim est uera, ipsamet prudentia carnis semper inimica deo
 & nunq̄ ei subiecta, Ro. vii.

Ab inimicis manus tuæ dñe, a paucis de terra diuide cos in uita
 corū, de absconditis tuis adimpletus est uenter corū, saturati sunt filijs,

Dimiserunt reliquias suas paruulis suis.

Vnus est iste uersus in heb. prosequamur ergo, ut cecepimus locum hunc
 obscurissimum, si quid possumus, primū translationes uideamus, Ex nostra
 nihil potest accipi, multo minus ex Hierony. qui sic transtulit, A uiris manus
 tuæ dñe, qui mortui sunt in profundo, quorum pars in uita, & quorū de absco
 ditis tuis repleti uentrem, qui saturabuntur filijs, & qui dimittent reliquias
 suas paruulis suis, Obsecro, quid audimus? pessimo cogor uti magistro, id est
 meiplo, ideo sine præiudicio & temeritate fabulabor, iuuet me, qui habet me
 liora, qui non habet, mea æquus iudicet.

Verto primum ad uerbum, A uiris manus tuæ dñe, a uiris substantia, portio
 eorū in uitis, & absconditis tuis replebis uētrē eorū, satū abuntur filijs, reposu
 erūt reliquias suas paruulis suis, Quinq; mēbris cōstat prior pars uersus, poste
 rior uno absolutū. Exponit aut̄ his uerbis mira tapinosi refertis, quis sit impi
 us ille, gladius dei, a quo eripi petijt animā suam, & lex notis eum depingit.

Prima est, A uiris manus tuæ domine, quod idē est, ac si dicat, a uiris perditis & reprobis in aeternum damnandis. Sic enim uiros manus dñi uidetur appollere, propter id quod Exo. xiiij. dicitur, Viderunt Aegyptios mortuos super litacuero ut fulgur gladium meum, & arripuerit iudiciū manus mea, reddam ultionem hostibus meis, & ijs qui me oderunt retribuam. Isa. ix. In his omnibus non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta, Job. xix. Quia manus dñi tetigit me. Hinc & alemanice in eos qui apoplexia percussant dicitur. **Sic gottes handt hat yn geuēret.** Videtur autem propheta huic familiare, manum dei pro uindicta dei accipere, ut psal. ix. uideamus, ut tradas eos in manus tuas, sicut & psal. xx. Inueniatur manus tua inimicis tuis. Et. xxxviii. a fortitudine manus tuæ ego defeci. Hinc & apud heb. x. tonat, horredum dicitur dēre in manus dei uiuentis, ut psal. ix. latius dictum est.

Secunda, A uiris de substantia, pro quo Hiero. qui mortui sunt in profundo. Eadē enim per omnia dictio est, hic, a uiris, quæ prima nota, a uiris maris tuæ, quæ non nihil utraq; cum mortis uocabulo affinitatis in hebræo habeat, ut nulla iteratio Hieronymo, cur illic, a uiris, hic, qui mortui sunt, reddere uoluerit, aut enim utrobique a uiris, seu ab ijs qui mortui sunt, aut utrobique a uiris reddendū fuit. Est sane uocabulum hebræum utrobique מִמְתִּים mimethim, non מִיִּשְׁרָאֵל gibor, aut aliud quo uir egregius aliquis queat significari, sed quod aliquando pro paucis & contemptis transfertur, sicut Deutro. iij. Et remanebitis pauci, quasi fecem populi uelit significare, & uilissimos inter homines, sicut psal. xj. dixit, cū eleuati fuerint uilissimi filiorū hoīm, & Isa. iij. Pueri erūt principes eorum & effeminati dominabūtur eorum. Id forte mouit interpretem, ut diceret a paucis, non quod pauci sint numero, sed multo magis conditione, quorum est numerus omnium maior, inter quos nullus aut pauci sint egregij operis & nominis uiri, ut Isaia. iij. dicit. Auferet dñs a Ierusalem & Iuda fortē & ualidum & uirum bellatorem, & reliqua, quæ pulchre huius uocabuli uim explicāt. Igitur uiri uiles sunt & tantum ad uindictam dei referuntur, inter quos non sit uir dignus deo, & si uehementer multi sint.

De substantia, quod noster de terra, Hiero. in profundo transit, dictio est eadem, quæ psal. xxxviii. ponitur ab eodem Dauid: Ecce mensurabiles posuisti dies meos & substantia mea tanquā nihil ante te, ubi substantiam uolunt significare certam durationem temporis, q. d. substantia mea. i. id tēporis, quo hic subsisto & uiuo, corā te nihil est: sicut & Job. vii. Nihil ē sunt dies mei, quæ significatio mire placet. Sumpsit enim Dauid eum locum ex illo psal. Mosi. lxxxix. Quoniam mille anni ante oculos tuos, tanquā dies hesternæ quæ præterijt, & custodia in nocte, quæ pro nihilo habentur, eorum anni erūt. Vnde & illud. Ecce mensurabiles posuisti dies meos, in hebræo, a mēsurā breui, scilicet palmæ dicitur, quasi illud Job. xiiij. dicat. Homo natus de muliere breui uiuens tempore. Et infra: Breues dies hominis sunt. Est ergo sensus. Eripi animam meam a uiris de substantia, siue a uiris substantiæ, i. ab hominibus uilissimis, qui huius tantum uitæ sunt breuissimæ, hoc est filij seculi huius incertissimi, qui nihil habent, nisi breuem & incertam huius uitæ substantiam seu durationem) quia uiri sunt reprobī & manus tuæ. Et id potuit interpretes, noster uelle uideri quando dixit, a paucis terra. i. ab ijs qui uilissimi sunt & de terra, terrena sapientes tantum huic uitæ temporali dediti.

Tertia

Tertio Portio eorum in uitis, pluraliter enim uitas dicit, sic & psal. precede
 te, cibus mihi semita uitarum. Est ergo sensus; Sors, & beatitudo eorum non
 habentis contenti sunt, & pro nihilo habent terram desiderabilem, recipiunt
 mercedem suam, quia uiri sunt manus tuas. Vitas pluraliter dicit, propter uarias
 uitas huius uitae, ut egregie Aug. super illud psal. lxij. Melior est misericordia
 tua super uitas, Multae inquit, sunt uita humanae, alius uitam rusticam, alius
 negotiandi, alius militandi, alius aliam eligit, sic & hodie uarios (ut uocant) or-
 dines seu status uiuendi eligimus, sed pauci qui ad mortem sese parent & eter-
 nam uitam desiderant, omnes mallent, in eo quo sunt, statu manere, tanquam portio
 uita suae contenti, quam mori. In qua cruditate, maxime sunt, impij illi hypo-
 critae qui omnium maxime sunt uitas cupidi mortem formidantes & aeternae ui-
 tae incumosi, sicut Iudaei in deserto.

*Vitas multae
sunt.*

Nonne ergo rapinosi sunt, esse impios uiros huius miserimae tam uitae
 cupidos in qua contenti sunt, quam in uite deserunt, nec mirum, cum fide peccati
 & mortis uictricis, quae est misericordia dei melior super omnes uitas, non solum
 careat, sed eam etiam impugnet totis uiribus, licet non aliud faciant, quam se si-
 mulent, appetentes, uitae mortis contemptores, electos & aeternae uitae cupidos,
 uerum dolus est in spiritu eorum, & factis negant.

Quarta, Et absconditis tuis replebis uentre eorum. Quid est hoc aliud, nisi quod
 sunt animalia uentris, & fruges consumere nati? dictum est enim psal. iij. v. ix.
 xij. Magister impietatis, passim in scripturis tribui auaritiam & curam uentris,
 de quibus & Apostolus dicit, quorum deus uenter est, Deus uero, qui increduli-
 tate & impietate odit, facit ut & ira sua ascendant super eos, ut psal. lxxvij. de eisdem
 dicit. Et ut Paulus Colo. iij. Ira dei uenit super filios diffidentiae, ideo replet eorum
 uentre absconditis suis, & affert desiderium eorum ipsis, nec sinit fraudari eos desi-
 derio suo, ut eodem psal. dicit, hoc est replet uentre eorum, dat quae cupiunt, & retri-
 buit eis in hac uita mercedem, quia non expectant futuram. De absconditis uero
 tuis dicit, id est, reuerentis, ita appellat substantiam huius mundi, qua pascit homines
 deus in hac uita. Singulis enim annis eam prouenire facit, ac uelut de penu abscon-
 dito pmit. Nec enim homines scire potest unde ueniat, nec si quareret, inuenire posset,
 nisi sponse deus oia mirabiliter donaret. Est ergo similis haec locutio, illi psal.
 cxxxij. Qui producit uentos de thesauris suis (i. de occultis) quia uentus spirat
 ubi uult, & nescis unde ueniat aut quo uadat. Ita est & de pane, uino & oibus
 rebus, quibus uitur haec uita, ueniunt oia, & utimur eis, & nescimus unde. Quo
 simul uerbo insigniter impietatis stultitiam taxat, ut quae sentiat, sua non esse
 quibus uit, nec in sua potestate, nec sic tamē fidere in deum dicit, immo quod
 uerbum huius totius uersus, non multis figuris, stultam impietatem inlectatur: omnia
 sunt propriissime, efficacissime & plenissime dicta, si attento corde penderent.

*De absconditis
suis replet de-
us homines.*

Quinta, Saturabunt filijs, hoc est, replebunt plebem, hoc enim querunt & inter ca-
 tera, ut pulchras, fecundas, diuites uxores habeant, multos, formosos, laudatosque
 ex omni parte filios & filias, pereant, ut affectum suum expleant, & cedat res filiorum
 in oia uota sua. Non enim uerbum, saturabunt, ad solum numerum filiorum, sed multo
 magis, ad conditionem eorum pertinet, scilicet ut opulentos, honoratos, uoluptuarios
 & ad oem huius seculi prosperam idoneos habeant, hunc enim affectum passim uidemus in
 partibus, quod uita in impijs Iudaeis suis Dauid regnasse hic dicit, & longe co-
 piose psal. cxliij, ubi hunc uersum sic exponit, De gladio maligno eripe me,
 & erue me de manu filiorum alienorum, quorum os locutus est uanitate, & dextera
 eorum dextera

*Affectus pa-
retur in filios.*

eorum dextera iniquitatis, quorum filij sicut nouellæ plantationes in iuuentute sua, filia eorum composita, circumornata ut similitudo templi, Promptuariorum plena, eructantia ex hoc in illud, Oues eorum scotosæ, abundantes in egredibus suis, boues eorum crassa. Non est ruina maceritæ, neq; transitus, neq; amor in plateis eorum. Beatum dixerunt populum cui hæc sunt; beatus populus cuius dominus deus eius,

Nonne hic idem rhetorica copia dicit, quod hoc uersu dialectico compendio perstringit. Sic & Paulus Philippē. iij. breuissime, flens dico inimicos Crucis Christi, quorum deus uenter est, quorum finis interitus & gloria in confusione ipsorum qui terrena sapiunt. Et quæ oratio, uitam Episcoporum, religiosorum, & omnium clericorum, aptius potuisset depingere? An non ij omnes hæc omnia, plusq; mundus ipse, quarunt? At filijs non saturantur: uerum id dolet quod non licere, superaret sine dubio & in hac parte mundanos homines, quæ quid refert, filios & uxores non habere, quando uice horum, habent suas spirituales creaturas & adultores in omnes uoluntates suas, quibus nihil non impendit. Non q; non sit filijs prouidenda substantia honesta, sed saturari filijs, placere sibi in filiorum lauta & opulenta prouisione, & inter pios uelle ceteri, hoc arguit.

Sexta, Et dimiserunt reliquias suas paruulis suis, hoc est, id cogitat, quod multa, quæ sibi sunt superflua (non enim necessarijs contenti sunt) reponant & referant, quæ relinquant hæredibus suis, tantum ut filij eorum post se, opulenti & uoluptarij sint, quod & Persius poeta in gentibus taxauit, Sic Episcopi & Clerici, non nisi ut patrimonia Christi augeant & aucta post se relinquat, satagunt; nec tamen hoc ipsum faciunt nisi optimi & sancti, id est, impij. Hodie enim bene regere Ecclesias, est opes augere, domos ædificare, filijs, id est, posteris suis luxuriandi materiam parare. Mire itaq; ingenium impiorum depinxit hoc uersu, qui cum non nisi terrena sapiant, boni tamen uideri uolunt, & specie sua, deinde dogmatibus suis hypocriticis, plurimos perdunt.

Reliquia hoc loco, superflua & ea quæ superant intelligenda sunt, scilicet abundantia paratum, ne quis intelligat dictum de reliquijs minutiarum, quæ rebus optimis ablati, tanq; feces relinqui solent, cum hic opulentas hæreditates intelligat. Vnde & in hebræo a uerbo excellendi & abundandi dicitur. Et dimiserunt, pro reposuerunt, hoc est dedita opera thesaurizauerunt superflua sibi, pro filijs & hæredibus locupletandis.

His cognitis, facile est, & nostram & Hierony. translationem concordare, nam ab inimicis manus tua, nihil nisi uocetenus dissonat a uitis manus tua, sunt enim reuera inimici & reprobj. A paucis de terra, concordatum est, quos Hierony. mortuos in profundo fortassis ideo dicit, quia in summa facie uiuunt & huius temporis fruuntur spacio, intus coram deo mortui. Illud, diuide eos in uita eorum, sic consentiet, partire eos, hoc est, da eis mercedem in uitis suis, sicut eligunt sortem huius uitæ sibi, cætera non dissentiunt.

Ego autem in iusticia apparebo conspectui tuo:
Saciabor cum apparuerit gloria tua.

Hierony. rectius, Ego in iusticia uidebo faciem tuam, cum euigilauero similitudine tua. Opponit hæc, ijs, quæ de impijs dixerat: Illi sapiunt terrena, saturantur filijs, & portionem suam in hac uita ponunt, Mihi uero contempta est hæc uita, ad futuram festino, ubi non in diuitijs, sed in iusticia, uidebo, non terrena hæc transitura, sed ipsam faciem tuam. Nec saturabor in filijs carnis, sed cum euigilauero,

Bene regere
Ecclesias.